

/ Veniunt ad salutandum admodum R/am Paternitatem V/ram Patres, Avenione huc appulsi; eos commendo, ut ipsi desiderarunt, magnae ejusdem charitati, ut bonam facie excipiat, prout certò facturam scio, ac insuper, ut commonstret rectam disciplinam, quae tenetur  
5 in educandis tyronibus, et in omnibus aliis rebus, sicque referre possint in Gallia, quòd Reformatio in Italia sit in substantia- libus, sine minutiis levioribus, quas puto Avenione introductas sub praetextu Reformationis. Cum his me commendo in sanctas ora- tiones V/rae Paternitatis et coeterarum hujus suae domus. Romae  
10 25. Nov. 1617.